# Band III., Nr. 778, Seite 269

*Bischof Konrad von Konstanz bestätigt den Tauschvertrag, wodurch der Dekan Heinrich in Nellingen mit Zustimmung des Klosters St. Blasien den geistlichen Schwestern in Esslingen, gegen eine Jauchert gebauten Ackers daselbst, den Zehnten von neun Jauchert in Weil zum Zwecke ihrer Niederlassung und Erbauung einer Kirche an diesem Orte überlässt.*

## Konstanz, 1230. Juli 11.

In Christi nomine. Amen. Quia pastoralis officii debitum exigit, immo etiam ad hoc ipsa pietas nos inducit, ut religiosis ovibus et earum locis consilium specialius et favorem inpendere debeamus, nos C., dei gratia Constantiensis ecclesie episcopus, sollempne concambium, inter dilectum in Christo H., decanum in Nallingin, de decima novem iugerum in Wilare, ex una parte, et conversas in Ezilingin de uno iugero ibidem agri culti, ex altera, cum consensu venerabilium in Christo, H. abbatis, et conventus sancti Blasii in Nigra Silva, tam salubri intentione factum, ut dicte converse, in prefato loco, Wilare scilicet, residentiam faciendo, ecclesiam sine preiudicio matricis ecclesie construant, que liberam sibi et suis infra septa sua existentibus habeat sepulturam, in domino approbamus et approbatum auctoritate ordinaria confirmamus: locum ipsum a iurisdictione memorate ecclesie penitus eximentes. Ita tamen ut decime frugum, vini, fructuum nec non aliarum quarumlibet rerum extra septa sua cultarum, et animalium, intus et extra degentium, parochiali ecclesie plenarie persolvantur. Et quicumque fidelium defunctus apud ipsas elegerit sepulturam, sine dispendio ipsius plebani, illum ad sepulturam recipere habeant potestatem. Ut autem hec inconcussa permaneant, hanc paginam inde fecimus conscribi et sigilli triplicis, tam nostri quam supradictorum, abbatis videlicet sancti Blasii et decani in Nallingin, munimine roborari. Si quis autem hoc factum tam racionabiliter ordinatum in posterum attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei se noverit incursurum.<br> <br> Datum apud Constantiam, anno incarnacionis domini M$^{o}$. CC$^{o}$. XXX$^{o}$., indictone III$^{a}$., V$^{o}$. idus Iulii, multis presentibus, in domino feliciter. Amen.

—

Die Urkunde liegt in zwei gleich lautenden Ausfertigungen vor.<br> <br> An der hier zugrunde gelegten Ausfertigung hängt an roter und grüner Seidenschnur das Bruchstück eines länglich runden Wachssiegels, worauf ein Lamm sichtbar ist und

die Umschrift: . . ILLVM . DECANI DE . . . . . . Außerdem sind noch die Seidenschnüre, woran zwei weitere Siegel hingen, durch die Urkunde geschlungen.<br> <br> An der zweiten Ausfertigung ist das mittlere, länglich runde Wachssiegel noch übrig, das an einer roten Seidenschnur befestigt wurde. Es zeigt den Bischof in der gewöhnlichen Darstellung und die Umschrift: CVNRADVS . DEI . Gr*ati*A . . NSTANTIENSIS . E$\overline{PC}$. (Die E sind gerundet, VS in *Cvnr adus* in einen Buchstaben zusammengezogen.)

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**
A 601 U 10 und U 11

**Überlieferung und Textkritik:**
2 Originale. D 84: Abschrift im Stiftsarchiv St. Paul.

**Editionen:**
Johann Wilhelm Braun (Bearb.): Urkundenbuch des Klosters Sankt Blasien im Schwarzwald. Von den Anfängen bis zum Jahr 1299, 2 Bde., Stuttgart 2003 (Veröffentlichungen der Kommission für Geschichtliche Landeskunde in Baden-Württemberg, Reihe A, Bd. 23, 1-2), Bd. 1, S. 371 f., Nr. 282.

**Regesten:**
Regesten Bischöfe Konstanz, Nr. 1418. UB Esslingen, Bd. 1, S. 7, Nr. 27.

**Literatur:**
Müller: Privaturkunden Kloster St. Blasien (zur Schreiberhand). Ott: Klostergrundherrschaft, S. 315 ff.

## Weitere Angaben

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Konstanz

**Aussteller:**
Konrad II.; Bischof von Konstanz (1209–1233)

**Ortsindex:**
Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)<br> Esslingen am Neckar, ES<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br> Konstanz, KN<br> Nellingen Wohnplatz (545)<br> Nellingen, Ostfildern, ES<br> Schwarzwald<br> St. Blasien Wohnplatz (15605)<br> St. Blasien, WT<br> Weil Wohnplatz (351)<br> Weil, Esslingen am Neckar, ES